

Ephesios Epistolam dedit, idque omne, quod de praedicatione, & de eius ad hanc urbem itineribus Acta recensent, nonnulli aliquandiu postquam eandem scripserat, evenisse putarunt. Vincula vero Pauli vel de vinculis aliis ab iis, quibus Rome devinctus fuit, vel spiritali sensu de corporis sui carcere explicarunt [t], iuxta illa ejusdem Apostoli verba [u]: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Quae quidem sententia ab omnibus nunc vulgo rejicitur, quamvis aliqua huius Epistolae loca ei favore videantur, v. g. (x); Propterea & ego iudicatus Fidem vestram, quae est in Domino Jesu, & dilectionem in omnes Sanctos, non esse gratias agens pro vobis, memoriam vestri faciens in orationibus meis; quod utique quammaximè ad illud accedit, quod ad Romanos scripsit (y), cum eos solo nomine noverat. Et alibi (z): Huius rei gratia, ego Paulus vinculus Christi Jesu, pro vobis Gentibus, si tamen audistis dispensationem gratiae Dei, quae data est mihi in vobis. Sed objectionem hanc diluimus in Commentario.

t Hieronym. in Ephes. 3. initio. u Rom. 7. 24. x Ephes. 1. 15. y Rom. 1. 8. 9. 10. z Ephes. 3. 1. 2. a Tertull. l. 5. contr. Marcion. c. 11. Pratevia & de aliâ Epistolâ, quam non ad Ephesios praescriptam habemus, Hæretici vero ad Laodicenos. b Tertull. l. 5. cont. Marcion. c. 17. Ecclesia quidem veritate Epistolam illam ad Ephesios habemus, non ad Laodicenos; sed Marcion et titulum aliquando interpolare gessit, quasi & in isto diligentissimus explorator. c Basil. Magn. l. 2. advers. Eunom. d Hier. in Ephes. 1. e Exod. 3. 14. f Epiphani. haer. 42. c. 9. p. 310. & 371. 374. g Grot. Proleg. in Ep. ad Ephes. h Usser. ad ann. 64. i Ephes. 1. 1.

Marcion (a) hanc Epistolam non ad Ephesios sed ad Laodicenses à Paulo datam asseruit, illam enim vocem primi versûs, Ephesios, ademit (b); quod vitium à Marcionitarum Exemplaribus etiam in Catholica translatum est: quare Basilus Magnus (c) vetustissimos Libros allegat, in quibus sic: Paulus Apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei omnibus Sanctis, qui sunt, & fidelibus in Christo Jesu, pro, omnibus Sanctis, qui sunt Ephesios. Hieronymus etiam (d), hanc varietatem tangit, & Basilii opinio nem culpans, ab aliquibus iocose pottas quam graviter explicari asserit ea verba: Omnibus sancti qui sunt: ac si ea mens esset Apostoli, ut Ephesios aliquatenus naturâ Sanctos esse testaretur, sicut Sanctus est Deus, qui idcirco appellatur: Ego sum qui sum (e). Marcion, Epiphanius teste (f), geminas Epistolas, ad Ephesios alteram, alteram ad Laodicenos novisse dicitur; locus vero, qui veluti per Marcionitas ab Epistola ad Laodicenos laudatus asseritur, in Epistolâ ad Ephesios occurrit c. 4. v. 6.

Grotius (g) huic simillimam ad Laodicenos Epistolam à Paulo datam putat, eamque à Marcione, fortè Laodicenae Ecclesiae auctoritati innixo, Epistolâ ad Laodicenos nomine allegatam censet: quid enim alioqui contulisset Marcioni ut titulum interpolaret? Hanc praeterea de sua sententiâ eandem esse addit, quam Paulus, veluti ad Laodicenos missam, memorat, Coloss. 4. 16. Proximè ad Grotium accedit Usserius (h), qui hanc Epistolam ad omnes Asiae Ecclesias circularem ducit: quare Paulus Ecclesiae, ad quam Epistola mittebatur, nomine praetermissio, illud tantummodo apposuit (i): Paulus Apostolus Jesu Christi, Fidelibus. . . . . Quod vero Ephesus Provinciae Metropolis esset, in Exemplarium plerisque hæc Epistola Ephesi nomen servavit; quare mirum non fuerit, si Basilii aetate ex iisdem Exemplaribus quædam nullius Ecclesiae nomine

in scripta legerentur, & Laodiceni sibi missam ostentarent. Hinc fortè Marcion ad Laodicenos datam defendit, & veluti ad eosdem missam allegavit.

Hæc sanè conjectura & Interpretum ingenium, & quamdam veri speciem praeserunt; quædam vero in eadem Epistola occurrunt, quæ ad Ephesios maxime pertinere videntur. Eos v. g. quamplurimum Magia deditos scimus; ea propter, Vos, ait Paulus, cum essetis mortui delictis & peccatis vestris, in quibus aliquando ambulastis secundum saeculum mundi huius, secundum principem potestatis aeris huius spiritus, qui nunc operatur in filios diffidentia (k). S. Ignatius Martyr Ephesi Fideles (l) per totam hanc Epistolam à Paulo commendatos asserit. Apostolum igitur Ephesios praecipue per eandem alloquutum sentit. Praeterea ibi Paulus in effrenem licentiam, quæ Ephesum nimium pervalerat, insurgit; (m) turpes & scurriles sermones damnant, monet [n] denique, ut à quorundam Philosophorum sententiis caveant, à quibus turpium operum pleraque veluti indifferentia vulgabatur. Ephesus, maximè voluptatis Urbs, Philosophos plurimi faciebat.

Ante hanc, ad Ephesios alteram à Paulo datam Epistolam olim nonnulli putarunt (\*), quod capite 3. 3. hæc legantur: Quoniam secundum revelationem notam mihi factum est sacramentum, sicut supra scriptum in brevi. Interpretes vero id Apostolum innuisse censent, quod precedenti capite de eorum ad Fidem vocatione, & de eorum sine Legis operibus justificatione praemiserat.

Patrum & Interpretum testimonio (o) hæc Epistola capti difficilior, & fortè omnium S. Pauli difficillima. Praeter magnitudinem, & rerum, de quibus in ea agitur, subtilitatem, stylus utique confusus, phrasidura, & periodi nimium protrahæ. Praecipua nostræ Fidei mysteria, Redemptio, per mortem Jesu Christi Justificatio, Praedestinatio, Gentium ad Fidem vocatio, & Gentium ab Abrahamæ foedere alienarum cum Judæis primis Divinarum promissionum hæredibus conjunctio in prioribus tribus Epistolæ capitibus fusiùs ab Apostolo recensentur.

Illic Paulum intendisse credimus, ut non modò Fideles Judaizantes, sed etiam Ethnicos recens ad Fidem tractatos, à sua in Idololatriam, Magiam, curiosas artes, & licentiae flagitia proclivitate adhuc non penitus amotos, increparet. Gnostici illius aetatis hæretici, & Philosophi quidam turpia, adulterio minora, inter indifferentia opera recensentes, impudicæ flagitii auctoritatem adungebant. Tribus ultimis Epistolæ Capitibus ad eorum mores componendos regulas Ephesius Paulus praescribit; ad concordiam, pacem, & flagitiorum fugam hortatur; Conjugibus & Uxoribus, Genitoribus & filius, servis & Dominis, ad vitam optimè instituendam, plurima impertit; preces denique ab eis postulat, ut, persecutionibus invitis, robur, & Evangelii enunciant di virtutem à Deo consequatur.

k Ephes. 2. 1. Vide etiam c. 1. 21. & c. 5. 11. & c. 6. 12. & Praefat. S. Hieronymi in 1. lib. sui Commentarii in hanc Epistolam. l Ignat. ad Ephes. pag. 24. Vide Cotelæ not. ibid. m Ephes. 4. 19. 22. & 5. 3. 4. 5. n Ephes. 5. 5. 6. 7. \* Quidem apud Theodoret. ad Eph. 3. 3. o Chrysostr. Proleg. in Ep. ad Ephes. Hier. Proleg. in l. 1. & in l. 3. c. 4. Non vobis molestum sit, si dicit in obscurioribus immoremur; causati enim in principio sumus inter omnes Pauli Epistolas hanc vel maximè & verbis & sensibus involutam.

2 AB. 16. II. 11. &c.

b Philipp. 3. 4. c Ibid. 4. 16. d 2. Cor. 11. 9. e Vide Comment. ad Philipp. 2. 25. f Philipp. 2. 26.

IN EPISTOLAM S. PAULI AD PHILIPPENSES. PROLEGOMENON.

Paulus à Deo in Macedoniam vocatus, anno Chr. 52. Troade navim conscendit, in Samothraciam venit, die proximâ Neapolim Macedoniæ urbem maritimam appulit, & hinc Philippos, Romanorum Coloniam, huius Macedoniæ partis Metropolim profectus, primùm Lydiam purpurariam Deo per Fidem peperit (a). Aliquot post diebus cum ab ancilla quadam per familiarem Cacoemonis consuetudinem abditâ revelante, quæ suorum dominorum quæstui plurimum conducebat, Pythonem eiecisset, ab eisdem heris apud Magistratus, tamquam novæ Religionis auctor delatus, post virgarum animadversionem, unâ cum Sila in carcerem coniectus fuit. In noctis vigilia, concussâ repente impetu terræ, atque adificii fundamentis ab imo nutantibus, carceris fores ultro reclusæ, & captivorum vincula sponte contrita sunt. Carceris custos captivos diffusisse ratus, strido in se gladio, mortem sibi intulisset, ni statim Paulo se se prodente, interceptus fuisset: qui illic ab eodem Apostolo fidei mysteris instructus, unâ cum tota familia baptismo est initiatus. Mane alterius diei à Magistratibus imperatum, ut Paulus & Silas dimitterentur. Paulus vero cum civibus Romanis sic agi indignatus, nonnulli ab ipsis Magistratibus palam dimissam carcere se egressurum asseruit; quibus ad magistratus deprecari venerunt; atque è carcere educam, ex Urbe secederet, rogarunt: quare Philippis Apostolus Thessalonicam contendit.

Paulus à Deo in Macedoniam vocatus, anno Chr. 52. Troade navim conscendit, in Samothraciam venit, die proximâ Neapolim Macedoniæ urbem maritimam appulit, & hinc Philippos, Romanorum Coloniam, huius Macedoniæ partis Metropolim profectus, primùm Lydiam purpurariam Deo per Fidem peperit (a). Aliquot post diebus cum ab ancilla quadam per familiarem Cacoemonis consuetudinem abditâ revelante, quæ suorum dominorum quæstui plurimum conducebat, Pythonem eiecisset, ab eisdem heris apud Magistratus, tamquam novæ Religionis auctor delatus, post virgarum animadversionem, unâ cum Sila in carcerem coniectus fuit. In noctis vigilia, concussâ repente impetu terræ, atque adificii fundamentis ab imo nutantibus, carceris fores ultro reclusæ, & captivorum vincula sponte contrita sunt. Carceris custos captivos diffusisse ratus, strido in se gladio, mortem sibi intulisset, ni statim Paulo se se prodente, interceptus fuisset: qui illic ab eodem Apostolo fidei mysteris instructus, unâ cum tota familia baptismo est initiatus. Mane alterius diei à Magistratibus imperatum, ut Paulus & Silas dimitterentur. Paulus vero cum civibus Romanis sic agi indignatus, nonnulli ab ipsis Magistratibus palam dimissam carcere se egressurum asseruit; quibus ad magistratus deprecari venerunt; atque è carcere educam, ex Urbe secederet, rogarunt: quare Philippis Apostolus Thessalonicam contendit.

Paulus Philippenses maximo semper amore prosequutus, in suis precibus (b) illorum assidè meminerat. Prae omnibus, quos Apostolus ad Fidem traxerat, beneficii memores Philippenses fuere. Soli enim inter omnes, quocumque ad Fidem enunciantiam pergeret, elemosynas ad illum transmittiebant [\*]: quibus proinde ei presto fuerit bis Thessalonicæ (c), & fortè etiam Corinthi (d). Diu post, anno scilicet circiter 62. cum Romæ vinculis detentum audissent, Epaphroditum suæ Ecclesiae seu Episcopum, seu Ministrum (e), & pecuniis, & ministeris ejus solamini destinaverunt (f).

g Philipp. 2. 27. &c. h Vid. Hammond. ad Philipp. 1. p. 210. 211. i Philipp. 2. 19. &c. k Revera duobus post annis Philippus venit, Ann. Christ. 64. Vid. Philipp. 2. 24. l Chrysostr. hom. 3. p. 30. m Chrysostr. in Philipp. prolog. n In Philipp. Proleg. o Philipp. 1. 29. p Philipp. 2. 17. q Philipp. 1. 12.

r Philipp. 4. 10. &c.

s Ibidem vers. 22.

t Philipp. 1. 13. u Polycarp. Ep. ad Philipp. 8. 3.

Hammond. in e. 4. ad Coloss. putat duas Epistolas ad Thessalonic.

pro Philippensibus etiam fuisse; hinc S. Polycarpum numero plurali ad Philipenses Epistolas memorare.

a Allat. observ. in Geograph. Caroli à S. Paulo p. 142.

b Ita Bodin. de abditis rerum sublimium arcibus.

c Thom. de Pinedo.

d Codex Vatican. admiranda Vetust. & alius minor apud Allat. Clarom. & S. Germ. & alii passim.

e Ita Roberti Steph. in fol. 1550. & alia in 8. 1549. Edit. Mellii, & alia quamplurima.

f Strabo l. 12. sub finem.

g Herodo. l. 7. c. 30.

h Xenophon l. 1. Expedi.

i Cyri Junioris. h Plin. l. 5. c. ult.

j Borner. G.L. Stephan. & alii apud Mill.

k Cellar. l. 3. c. 4. Geograph. antiq. p. 63.

Eleemosynarum, quibus sibi Philipenses consuluerant, ita meminit, ut & vacuum cupiditate animum, & charitate redundantem praeferat (r): quos plenam gratiarum actione exceptos, statim admonet, pluris quam munus, à se meritum pendere, quod sibi apud Dominum vindicaverant. Ceterum nihil sibi deesse, copiam aequè ac gestate contento, per Deum sibi allaborantem omnia posse testatus. Satis tamen eos commendat, quod veterem sui beneficio liberalitatem exercentes, ad sui solatium quammaximè contulissent. Eis denique Romanorum Fidelium, Aulicorum potissimum (s), nomine valedicit: quo vel in Imperatoris Domum Evangelium intulisse (t), ibique Discipulos sibi Paulus peperisse satis ostenditur.

S. Polycarpus ad Philipenses scribens, plures ad eos Epistolas Paulum dedisse, asserere videtur (u): Neque enim, inquit, ego, neque alius mei similis, assequi potest beati, & gloriosi Pauli sapientiam, qui cum esset apud vos in conspectu hominum, qui tunc vivebant, perfectè ac firmiter docuit verbum veritatis, qui & absens vobis scripsit Epistolas, in quas si intueamini, edificari poteritis in fide, quae data est vobis, quae est mater omnium nostrarum. Polycarpo illud favere videtur, quod ejusdem Epistolae capite 3. subdit Apostolus: De cetero fratres mei gaudete in Domino, seu vobis in Domino valedico. Eadem vobis scribere mihi quidem non pigrum, vobis autem necessarium. Quo quidem iis, quae iterat,

simile aliquid ad eos scripsisse insinuat; nihilominus de unica tantum ad Philipenses Epistolâ & apud Veteres, & apud Recentiores Interpretes constat. Polycarpi verò textus necessariè Epistolas non ingeminat; Græcè enim, & Latine, & Gallicè etiam uni epistolâ pluralis literarum numerus sæpè tribuitur.

Tertium & quartum caput Epistolae ad Philipenses, ab Apostolo addita Grotius putat; cum enim, ait, de iis tantum, quae duobus prioribus Capitibus recensuit, ad eosdem scribere statuisset, & cetera deinde subdere optimum duxit. Addit præterea Grotius, Pseudo-Apostolos, quos Paulus atris coloribus depictos asperius habet, non ex Judæis ad Fidem traductis, neque ex Fidelibus Judaizantibus, sed ex Ethnicis extitisse, qui, humanam penitus prudentiam Gentibus Fidei participibus suadere studebant, ut à persecutionibus, quibus Catholica angebatur Religio, se subducturi, & circumfisioni parerent, & Judaismum profiterentur. Quam utique sententiam scribentes in Epistolam ad Galatas jam refutavimus. A Judæis quamplurimum tunc cavendum sibi ex iis persequitur constat, quae Paulus adjecit (x): Videte canes, videte malos operarios, videte circumcisionem; nos enim sumus circumciso, qui spiritu servimus Deo... si quis alius videtur considerari in carne, ego magis, circumcissus octavo die, ex genere Israel, ex tribu Benjamin, Hebraeus ex Hebrais.

x Ad Philipp. 3. 2. &c.

# IN EPISTOLAM S. PAULI AD COLOSSENSES PROLEGOMENON.

Colossæ, è præcipuis Phrygiæ Urbibus, non procul à Laodicea totius provincie Metropoli. Colossæ, ne an Colossæ appellarentur, discrimen. Ab Allatio (a) & aliis (b) Colossæ legendum defenditur, cujusmodi & in optimis & vetustissimis Mss. est reperire (c). S. Chrysostomus, Oecumenius, Theodoretus, & Græca Exemplaria quamplurima Colossas habent [d]. Strabo verò (e), Herodotus (f), Xenophon (g), Plinius (h) Colossas præferunt. Ita etiam optima & plurima Mss. (i). Ita adhuc Theophylactus, qui suâ ætate eam urbem Chonas appellatam adjecit. Geographicum Cellarii (k) monumentum, nempe Imperii Orientalis notitia, ex quodam Vaticani Ms. impressa, quam Hierocli tribuunt, Colossam præfert. Latini Colossenses constanter legunt; cujus

proinde nominis conjecturâ ducti Græci & Latini non defuerunt, qui crederent, hanc Epistolam datam fuisse ad Fideles degentes Rhodi, urbe solis Colosso celeberrimâ (l). Verum ex totius Epistolæ contextu eam ad Phrygiæ Colossenses directam satis compertum. Omnes fermè Interpretes (m), quamvis Paulus in Phrygiâ prædicaverit, Colossas nunquam adisse conveniunt. Ipse etiam Paulus nunquam ad Colossenses perrexisse satis innuit, ubi Volo, inquit (n), vos scire, qualem sollicitudinem habeam pro vobis, & pro iis, qui sunt Laodicea, & quicumque non viderunt faciem meam in carne. Theodoretus, & Baronius, quibus paucissimi adherent, contrarium statuunt. Colossenses ab Epaphrâ Fidem recepisse creduntur, de quibus cum Evangelii fructum Ecclesia retulit, ut iidem maximâ erga Sanctos Charitate flagrantes, fer-

l Suidas, Zonar. Ghena Eustat. Calep. Munst. m Hier. in Ep. ad Philem. vers. 22. Chrysost. Theophyl. Athanas. in Synopsi. Est Zanch. Cornel. bic. Tillemont. not. 68. alii n Coloss. 2. 15 ven.

o Coloss. x. 6. &c.

p Coloss. 4. 16.

venti spiritus ardore complexi fuerint veritatem (o).

Pseudo-Apostoli ab Judaismo ad Fidem traducti, omnes Gentium Ecclesias pervagantes, ut sibi undique profelytos crearent, Colossas venerunt; & circumfisionem, & Legalia ad salutem necessaria enunciantes, & Platonicæ Philosophiæ Judaismum immiscentes, Fideles adhuc simplices, recenterque Fidei mysteriis initiatos, superstitioso Angelorum cultu, & fallacibus demissionis sensibus imbuerunt; Dum enim nobis infinitè majorem docentes, non ipsi Deo, neque Jesu Christo preces offerendas suadebant, sed ad Angelos dirigendas, per quos olim Deus Moysi Legem tribuerat, & per quos etiam in Evangelii Lege preces nostras excipiens, suam nobis misericordiam indulgebat.

Cum hæc Paulus, sive referente Epaphrâ, tunc Romæ secum vinculis devincto, seu per Laodicensem Epistolam, quam & apud Colossenses legi deinde justit (p), rescivisset, sui, utpote Gentium Apostoli, esse duxit, Colossensem Fidem defendere, & Pseudo-Apostolorum ea diffeminantium audaciam cohibere. Atollit primò Jesu Christi amplitudinem, quem Patris imaginem appellat, Dei & hominum Mediatorem, & Ecclesiæ Caput, quod membris cæteris actus, motus, spiritum, & vitam impertit. Pseudo-Apostolos suis coloribus exprimit, & subinde ostendit, Christum solum esse salutis auctorem: naturâ Deum esse; potestatis & cælestibus omnibus virtutibus eundem præstare; per Jesum etiam veram cordis circumfisionem ipsos esse affluentes, cruci affixos, sepulchro conditos, & tandem

cum Domino per Baptismum vitæ esse restitutos. Ex quibus Legalia veluti inanità respicienda, & vitam ita instituendam deducit, ut homines cum Christo redivos deceat, quorum caput in cælis jam constitutum, eos ibi coronis donandos expectat. Hortatur præterea, ut veteri se homine exuentes, novam sibi super inducant; optimis denique moralis doctrinæ præceptis constitutis, Epistolam absolvit.

Dum hæc scriberet Apostolus, Romæ in vinculis detinebatur [q], anno Christi 62. postquam primùm Romam venerat, & paulò antequam à vinculis solveretur. Epaphram unâ captivum, Timotheum, cujus Epistolæ initio meminit, Aristarchum, Joannem Marcum Barnabæ consobrinum, Lucam, Demam, & Jesum cognomento Justum, vinculorum solatia apud se habebat. Tychicus verò fidelis illius minister, & Onesimus, quem Philemon miserat, ut eo famulo uteretur, hanc Epistolam detulere. De priori, quam ferunt hoc eodem tempore ad Laodicenses scriptam, Epistolâ egimus in Commentario.

Jure merito animadvertit Chrysostomus (r), omnium pulcherrimas, & quæ magis afficiunt, D. Pauli Epistolas eas fuisse, quas vinculis detentus dedit, videlicet ad Ephesios, ad Philipenses, ad Philemonem, ad Timotheum, & hanc potissimum ad Colossenses, quam sensibus, & nobilibus elatisque phrasibus, & Moralis Divinæ præceptis undique referam admiramur. Chrysostomus S. Paulum in vinculis scribentem comparat Viro forti, qui scriberet, à cadibus interim desistens, & ita phas.

q. S. Gregor. l. 30. c. 8. Moral. in Job Paulum Iphesii, ubi carcere detinebatur, scripsisse putat. Coptica Athenis scripsisse fert. Hæc verò opiniones defendi non possunt.

r Chrysost. Prolog. in Ep. ad Coloss.

# IN PRIMAM EPISTOLAM S. PAULI AD THESSALONICENSES PROLEGOMENON.

Epistolam, quam examinandam assumimus, omnium S. Pauli ad Ecclesias primò scriptam scimus (a). Anno 52. seu 53. datam vulgò conveniunt; de loco, à quo missa sit, dissentiant. In veteribus Exemplaribus Græcis, Latinis, Syriacis, Arabicis, Copticis, & apud Theodoretum, & Synopsi sub Athanasii nomine Authorem, & in Latinis Inscriptionibus hujus Epistolæ initio appositis, Athenis exaratam legitur. Ea fortè S. Pauli verba (b): Propter quod non sustinentes amplius, placuit nobis remanere Athenis huic opinioni adiutum recluserunt.

Postquam Paulus aliquandiu, non sine Fidei progressu, Evangelium Thessalonicæ enunciarat (d), Judæis insimulantibus, quod rebellis in Cæsarem alterum Regem Jesum invheret, illinc abire coactus, assumpto sibi comite Silâ Beream iter instituit; quò cum pervenisset, & plurimos Fidei mysteriis initiasset, Judæi Thessalonicæ re cognitâ, Beream venerunt, ut eadem adversus Paulum distantes, ab eâ etiam Urbe expellerent; quare ad mare Fratibus comitantibus, Silâ sibi, & Timotheo ad Ecclesiam recens erectam confirmandam relicto, navigavit Athenas.

Quò ubi pervenit, Silam, & Timotheum statim per literas accivit; & Athenis egressus, eorum adventum oppertus est

a Chrysost. Theodoret. alii. b 1. Thess. 3. 1 c Oecumen. Est. Baron. Tillemont. alii plures. d Ait. 17. 2 &c.

K k Co.